CONSUETUDINES CLUNIACENSES ET HIRSAUGIENSES
12. Jh. Seite 232
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26345
Copyright: Admont, Benediktinerstift



causa. ita quoque diuersi ordinis ibidem seruant regulam. Nam exceptis
infirmis qui quamdiu infirmantur tamdiu etiam a conuentu sequestrantur. ceteri
quibus hoc concedit. per partes sunt diuisi qui tamen per omnia de cetero intersunt conuen
tui. cellerarius scilicet. camerarius. granatarius. decanus uillę. ostiarius.
infirmarius. et qui preest operi cementario. et hi interdum qui pro nimio diuinę serui
tutis labore exhausti nullum choro auxilium possunt conferre incantando.
insuper et hii qui pro aliqua debilitate intra uel extra chorum consuetudinaliter
nequeunt manere sedendo aut stando. Ergo hii omnes quando ad nocturnos
scilla pulsatur. in ecclesiam s. Marię conuenientes. in eam partem regionis quique
secedunt. cui et in choro deputati sunt. et singuli primo ordinum eligunt
sibi etiam siue sedeant. siue procumbant loca orationum. et hoc isto modo.
Si est xii uel festum qui sunt firmiores super miras sedilium. qui uero imbecilliores de
positis sedilibus super ea. uel super scabella sedent. In priuatis uero diebus qui
stant in sinistro choro super scabella formis uersus parietem applicata
procumbunt. Item in dextro choro stantes demissis sedilibus super ea inter
orandum iacent. Quod si adhuc aliqui superfuerint. in medio super pauimentum
in genua et cubitos cadunt. Tamdiu igitur omnes eodem loco orationis te
nent modum. sine secessionum ad leuam et ad dextram uicissitudine.
quousque secundę pulsationis audierint sonum. Tunc pariter surgentes sig
nant se. et ad neutram partem lateris se mouentes ante et retro faciunt.
Quisquis eque his orationibus non interfuerit. ueniam in capitulo propter hoc non petit.
Percantatis itaque sedendo psalmis qui nocturnos precedunt. ad pulsatio
nem duque signque consurgunt. et primordia nocturnque usque ad finem ymni
qui psalmum Venite subsequitur ita stando uenerantur. nisi qui membrorum debili
tate adeo ut stare nequeant pregrauantur. Hanc etiam uenerationem
ad capitulum eque de nocturnque ad initium quoque et capitulum atque ad ymnum
matutinque singulasque horarum. sed precipue ad Te deum laudamus. ad Quicumque
uult. ad Benedictus quoque ac Magnificat quisque obseruat. nisi quem talis